

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 224. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583661312/facsimile.pdf> (tilgået 04. maj 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

[95 a] III.<sup>15</sup> vt noris quomodo oporteat in domo dei versari, que est ecclesia dei viuientis, columna et stabilimentum veritatis

[95 b] IV.<sup>8</sup> prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognouerunt veritatem, quod quicquid creauit deus, bonum sit, et nihil reiiciendum si cum gratiarum actione sumatur.

IV.<sup>8</sup> Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis. at pietas ad omnia vtilis est, vt que promissiones habeat vite presentis ac future.

IV.<sup>14</sup> Ne neglexeris [96 a] quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum, autoritate sacerdotij

[96 b] V.<sup>17</sup> Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime hi, qui laborant in sermone et doctrina.

Ex hac Pauli doctrina palam fit, illos non vt dignum est, versari in domo dei, qui neglecta honestate vite, imo contempta omni disciplina, etiam rident doctrinam morum, 5

De errore Encratarum et Phri-gianorum postea exorto, hic loquitur, qui nuptias et cibos damnabant, pietatis pretextu, tanquam res per se malas, Errant 10 igitur qui hanc predictionem in celibatum sacerdotum torquent, atque in ieiunia Christianorum, quando illi nullo errore abstinent vel a cibis vel a nuptiis, 15

Vt si aliquis ieiunat, vigilat, orat, interim alienus a charitate, misericordia, et puritate ac pietate mentis, plenus auaritia, furore, odio, impatientia. Corporalia enim sine spiritualibus bonis parum habent vtilitatis

Hij qui summam habent diuinorum potestatem nimirum 25 episcopi fundentes sacra preamina, ac diuinam implorantes opem super perficiendos cum impositione manuum, prophetie et scientie donum administrabant. 30

Honorem hoc loco et aliis aliquot locis Paulus vsurpat pro subsidio, quod debetur iis, qui successerunt in vices apostolorum ac discipulorum Christi, ne suspicemur illum loqui de honore reuerentie tantum.